

summa eruditione et zelo fidei dignissimisque notis et punctis non satis adhuc ab aliis in hac materia penetratis, plena esse affirmo ac consona catholicæ veritati sacrorum canonum ac conciliorum, præsertim Tridentini et Florentini, ac angelici nostri doctoris S. Thomæ. Quare eundem tractatum utilissimum ac necessariissimum esse censeo qui typis mandetur pro sancta unione et concordia utriusque ecclesiæ; ipsumque excellentissimum doctorem Italogræcum Rhegynum existimo et prædico esse angelum veræ pacis veræque sacramentorum concordia et tacto pectore, de more religiosorum, cum iuramento ita attestor ego qui supra frater Marcus Ferro, electus nomine sancti Officii.

Venetiis, die prima iulii 1629.

Idem F. Marcus Ferro, magister  
et regens qui supra, manu propria.

Feuillet 3 verso :

Testimonium illustriss. theologi Francisci Penia, directorii Inquisitorum reformatoris ac romanæ Rotæ decani, eiusque consilium ad excellentissimum dominum don Franciscum de Castro, oratorem regium Romæ, ut facta prius congregatione aliqua theologorum secreta, scribatur ad catholicum regem Hispaniarum, tanquam fidei defensorem, circa gravitatem huius causæ, summo zelo commendandæ sanctissimo domino Paulo Quinto per suam Maiestatem Catholicam, tanquam fidei defensorem.

Exemplum supplicationis doctoris Italogræci exhibitum excellentissimo domino don Francisco de Castro & ad illustrissimum theologum Franciscum Penia transmissum.

RESPONSIO ILLUSTRISSIMI DOMINI FRANCISCI  
PENIA DELLA ROTA DE SV SANTITAD.

Vostra Mersè me haga merced de ver el incluso memorial, y avisarme si le parece que sera ben hablar al papa sobre el negotio que contiene.

De casa, a 13 de marzo 1612 (*sic*).

Il conde de Castro.

